

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendium Rhetoricum

Norimbergae, 1699


Liber IV. De elocutione

urn:nbn:de:bsz:31-105401

Partim per *παθοποιίαν*, seu Com-
motionem Affectuum.

Quos vero affectus ciere potissimum
oporteat, ex natura Causæ viden-
dum: e. g. *Si laudavimus*, Amor, Læ-
titia, Admiratio &c. *Si vituperavi-*
mus, Odium aut Pudor, excitari pos-
sunt.

In *Consiliis*, Spes, Metus aut Æmulatio.
In *Judiciis*, Ira, Lenitas, Misericor-
dia &c.



LIBER IV.

De Elocutione.

CAPVT I.

*Qua in re ponitur officium
Elocutionis?*

IN rerum inventarum ac disposi-
tarum per verba & sententias ex-
positione eleganti & ad persuaden-
dum idonea.

[Equidem datur Elocutio *Philosophica*, *Historica*, *Poëtica*: prima adhibetur in disputationibus, altera in scribendis historiis, tertia in pangendo carmine. Nos hic loquimur de Elocutione *Oratoria*, quæ adhibetur in Oratione eaqve Latina.]

*Quæ sunt præcipuæ Virtutes
Orationis Latina?*

Tres: Latinitas sive Puritas, Per-
spicuitas & Ornatus.

(Quintilianus Lib. I. Instit. Orat. Cap. 9:
*Oratio tres habeat Virtutes, ut Emen-
data sit, ut Dilucida, ut Ornata.*)

Quid est Latinitas?

Est observatio incorrupte loquen-
di secundum Romanam linguam.

(Ita describunt eam Dionedes & Ma-
ximus Victorinus.)

*Quæ observanda sunt ratione
Latinitatis sive Puritatis?*

Vt verba seligamus pure-Latina
& Usitata, h. e. quæ florente sermo-
ne Romano viris præstantibus in u-
su sue-

(sophica, Hi-
betur in dis-
endis hilo-
mine. Nos
ratoria, qvz
Latina.]

virtutes

as, Per-

at. Cap. 9.
ad Emen-
tata.)

eloquen-
ngyam.
es & Ma-

ratione
ris?

te. Latina
te sermo-
ibus in u-
su sue

si fuer
genten
Philolo
uramu
& nov

Verba ba
lingva
lus &
optim
baris
medi
Antiqua
dem
optim
care

Nova si
sitate
Conci
victor
[Hic
Phil
lure
be s
qod
dent

si fuerunt, *aurea* cum primis & *argentea* ætate, prout loqui solent Philologi. Adeoque cavendum, ne utamur verbis barbaris, antiquatis & novis.

Da exempla!

Verba *barbara* sunt, quæ vel petuntur ex lingua peregrina, ut *Liga*, *Admirabilis* &c. Vel quæ contra consuetudinem optimæ ætatis conficta sunt seculis barbaris; ut *actualiter*, *irremediabilis* pro immedicabili.

Antiquata sunt, quæ a vetustissimis quidem Scriptoribus usurpata rejecit tamen optima ætas, ut *topper*, pro citò, *augiscare*, apud Ennium, pro augere.

Nova sunt, quæ a nonnullis præter necessitatem effinguntur, ut *Commensalis*, *Cancivis*, *Preprimis*. (Latina sunt, *Convictor*, *Civis*, *Cumprimis*.)

[Hic ergo notandum, quod Phavorinus Philolophus adolescenti cuidam apud Gellium Lib. X. Noct. Attic. c. 10: dixit: *Haec semper in memoria atq; in pectore id, quod a C. Casare, excellentis ingenii ac prudentia viro, in de Analogia libro scriptum*

est: Ut tanquam scopulum, sic fugias inauditum atq, insolens verbum!]

Quid est Perspicuitas?

Est virtus Elocutionis, ad orationem facile intelligendam utilis: sive secundum Scaligerum, Facilitas orationis ad rem intelligendam.

Quæ observanda sunt circa Perspicuitatem?

Vt evitetur (1) sermo ambiguus, (2) nimia brevitatis, (3) ordo verborum & rerum perturbatus.

Quid est Ornatus?

Est virtus Elocutionis, per quam a recto simpliciqve dicendi genere, cum quadam verborum & sententiarum dignitate, ac felici compositione, deflectimus ad elegantem habitum orationis.

Quid

... sic fu
... ns ver.

?
oratio
is: sive
s ora-

rca

iguus,
verbo-

quam
enere,
enten-
mposi-
em ha-

Quid

De literis.

literae primo ponantur loco. f. l. o. rebus generalibus.

B. S. rebus invidiantibus.

V. in rebus obscuris et occultis.

I. in iudiciis, nobilibus.

H. cum L. conposita exprimit numerum.

S. in rebus apertis et libellis.

De syllabis.

a/ Lag, quae dicitur part. de veribus

p/ Cum iam o doc in me sit animos vel.

p/ Ego vero quamquam causam puto fore.

Q

Vi o
tio & D

Qui

Idon
comple
dinem
rum, (

Q

Vi o
aspera
literas,
literarum
a crebr
conson
iterata
quentar
remere
voces m
iis minu

Quid hic observandum?

Vt orationi sua constet Compositio & Dignitas.

Quid spectatur ratione Compositionis?

Idonea verborum structura; quæ complectitur (1) Juncturam, (2) Ordinem sive Collocationem verborum, (3) Numerum Oratorum.

Quid prestat Junctura?

Vt oratio fiat suaviter & sonora, non aspera, non hiulca; eaque respicit literas, syllabas & voces. Ratione literarum & syllabarum sibi caveat a crebro earundem vocalium aut consonantium concursu; item ab iterata earundem syllabarum frequentatione. Ratione vocum, ne temere condensentur & jungantur voces monosyllaba ac dissyllaba; quia iis minuta & concisa fit oratio: dein

continuare etiam vetat *polysyllaba* frequentiora, quibus sermo redditur tumidus.

Quid præstat Ordo?

Ordo verborum duplex est, Naturalis & Artificialis. *Naturalis* exigit, ut, quod natura vel dignitate præstantius est, præponamus, e. g. *vitam morti, virtutem vitio, animam corpori &c.* *Artificialis* docet, quænam dictiones aliis præponi, interponi, postponi propter Ornatum debeant. Vid. hic imprimis B. Arnoldi *Ornatus Lingvæ Latinæ*.

Quid præstat Numerus?

Numerus hic intelligitur Oratorius, qui concinna verborum collocatione, aptaque syllabarum brevium ac longarum, ipsorumque pedum, permixtione, coherentem & leniter fluentem reddit orationem,

ut

Oratio habebatur Constantinopolitani
Innumerabilibus sollicitudinibus.

Attendere iubet. Oratio. in principio sermonis
Cypriana --) Dactylam --) Anapastrum --)
Creticum --) Paon. 1. et 4. --) et --) Ioni-
cum & majore --) Trochicum --)
in Medio a. sermonis. Creticum --) Bacchiacum --)
Trochaeos quatuor. --) et --) 3. us --) et --)
Trochicum --)

Tropus à lectio verba. multo non
applicat. ut et cetera. significat bene
et cetera. et cetera. et cetera.

ut neq
equalite

Adhi

cium,

lectione

[De Na

Orati

meo

In q

In Tr

luis fulg

& sente

Rhetore

ra seu F

Et un

prop

cum vir

ut neque claudicat neque fluctuet, sed æqualiter constanterque ingrediatur.

Adhibendum hic aurium iudicium, sed præstantium Oratorum lectione firmatum.

[De Numero Oratorio, ipsisque Virtutibus Orationis Latinæ, fufius egi in Theatro meo Eloquentiæ.]

In quo consistit Dignitas?

In Tropis & Figuris; h. e. ut oratio suis fulgeat picturis, sive verborum & sententiarum luminibus, quæ Rhetores vocant Tropos, & Schemata seu Figuras.

CAPVT II.

De Tropis.

Quid est Tropus? Worttan / fig.

Est unius vel plurium vocum a propria significatione in aliam cum virtute immutatio.

F s

Quo-

Quotuplex est Tropus?

Duplex: Verbi & Sermonis; sive Dictionis & Orationis. *Ille est, cum unius dictionis propria significatio in aliam mutatur: hic, quo integræ alicujus sententiæ significatio in aliam pulcre convertitur.* *

[* Tropi a Rhetoribus variis varie recensentur ac dividuntur. Quintilianus Lib. IIX. Instit. Orate. Cap. 6: *Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. Circa quem inexpli- cabilis & Grammaticis inter ipsos, & Philo- sophis pugna est, quæ sint genera, quæ spe- cies, quæ numerus, quæ cuiq; subjiçiatur? Nos omisso, quæ nihil ad instituendum ora- torem pertinet cavillationibus, necessarios maxime atq; in usum receptos exequemur, hoc annotasse contenti, verti formas, non verborum modo, sed & sensuum & compositionis.]*

Quot sunt Tropi Dictionis?

Metaphora, Metonymia, Synec- doche, & plures.

Quid

is?
nis; sive
st, cum
nificatio
integra
o in a-

recensent-
Lib. III.
berbi fol
in alian
in inexpli-
S. P. 111
q. 111
s. 111
ndum ord-
necessarii
egemur,
us, non
ensuato

onis?
Synec
Quid

Metaphora à melâ et pectore trans

arere ^{fero} trans festi ad iram
afire accipit p rudi, lupis pro vorari fer
reus p in epotabili, letusq de volat i.e. latit

Deg pro Augusto

Qu
Est tro
est Simil
ut scrup
itudine
fulmen b
[1] Scri
calceos
vocatu
do in
pedib
pariat
tempe
roë m
quod
ac no
fuerit

Vnde
A reb
mentis,
lis, pla
adeo, ut
quam Si
omnes

Quid est Metaphora?

Est tropus, cujus fundamentum est Similitudo unius rei cum alia; ut *scrupulus pro dubitatione & sollicitudine*; vel quando *Scipio dicitur fulmen belli*.

[(1) *Scrupulus* proprie dicitur lapillus, in calceos viatorum incidens. Improperie ita vocatur dubitatio seu anxietas. Similitudo in eo consistit, quod, ut lapillus iste pedibus, ita dubitatio animo molestiam pariat. (2) *Fulmen* proprie horremus in tempestatibus; improprie dicitur de Heroë militari. Similitudo in eo versatur, quod, ut fulmen animam ibus terribile est ac noxium, ita Scipio hostibus maximo fuerit terrori.]

Vnde ducuntur Metaphoræ?

A rebus divinis, coelestibus, elementis, meteoris, lapidibus, metallicis, plantis, bestiis, homine &c. adeo, ut tam late pateat Metaphora, quam Similitudo, quæ se ad res pene omnes extendit.

F 6

Quid

Quid est Metonymia?

Est tropus, cujus fundamentum est respectus inter Causam externam, & Effectum, inter Subjectum & Adjunctum.

Quotuplex est Metonymia?

Quadruplex: Causæ aut Effectus; Subjecti aut Adjuncti.

Quid est Metonymia Causæ?

Est, quæ nomen Causam proprie significans pro Effectu ponitur.

Estque vel Efficientis vel Materialis vel Finalis.

Modi ejus sunt:

1. Cum Inventor vel auctor rei aut scripti pro re ipsa vel scripto ponitur; ut, *Bacchus pro vino*, *Cicero pro libri ab eo scripti*.
2. Cum Causa Instrumentalis pro opere per illam confecto ponitur; ut, *Lingua pro sermone*; *Manus pro chirographo*.
3. Cum

Metonymia à meli et óvoma
quasi transdenominatio.

3. Ceres p. sũ mendo. Valerij. signe. Virgilij p. 2. Cornelia
a Virgilio scriptis. Romerij p. Remate Romerico.

4. Terra et alibi p. sermonis. 2. alibi p. dertij. 3. m.

3. Cum Materia pro re ex materia confecta ponitur; ut, *Ferrum* pro gladio; *Argentum* pro nummis vel vasis argentei.
4. Cum Causa Finalis ponitur pro eo, quod ad finem destinatum est; ut, *Evangelium* pro Cæna Domini; *Statuere exemplum*, pro Infligere pœnam.

Quid est Metonymia Effectus?

¶ Cum nomen Effectum proprie significans pro Causa ponitur, ut: *Pallida mors*, quia facit corpora pallida. *Ego sum Resurrectio & vita*, i. e. causa resurrectionis & vita. Joh. XI.

Quid est Metonymia Subjecti?

Cum vox Subjectum proprie significans pro Adjuncto ponitur.

Modi ejus sunt:

1. Cum Continens pro re contenta ponitur; ut, *Calix* vel *Cantharus* pro vino.
2. Cum Locus hominum pro ipsis hominibus

nibus usurpatur; ut, *Urbs humanissima*, pro *civibus humanissimis*.

3. *Cum* Locus pro rebus seu actionibus in loco pertractatis accipitur; ut, *Forum*, pro *actionibus forensibus*.

4. *Cum* Possessor pro re possessa ponitur; ut, *Jam proximus ardet Ucalegon*, pro *domus Ucalegontii*.

5. *Cum* Imperator vel Dux pro exercitu ponitur; ut, *Hannibal vicit Romanos*, i. e. *Exercitus ejus*.

Quid est Metonymia Adjuncti?

Cum vox Adjunctum proprie significans pro Subjecto ponitur.

Modi ejus sunt:

1. *Cum* Virtutes & Vitia animorumque habitudines pro ipsis hominibus, qui illis præditi sunt, vel Abstracta pro Concretis ponuntur; ut, *Justitia pro homine justo*. *O scelus, o pestis!* pro *homine scelerato & pestifero*.

2. *Cum* Contentum pro continente ponitur; ut, *Vina coronant*, h. e. *pateras vini*.

3. *Cum*

manis si
tionibus
at, Fa
ponitur;
is, pro,
exercitu
manas,
ndi?
prie si
at.
nque ha
qui illis
Concre-
o homine
omine sic
ente pon-
e. pater
3. Cum

X. Crucis christi i. e. res in cruce p. acta.

L. Ep. ap. me. i. e. Dominus ed.

Q. Sapiencia p. sapiente

v. Bos in lincoia .i. e. moneta in qua lovis
figura (Cedant arma bellum) fogue (paci) conserat
laudat (trianp) / Innoat (elocuentia) sic
p. p. in (Mag. mag) te felix, te carit. d. s. imp.
C. v. bes cerd. re. a. fidere se, fere rep. d. l. i.

Synecdote à *h. v. d. x. m. a. p.*
Comprehendo.
Sed comprehensio unig sub alio.

h. hora pronos. Si vota defuerit, tu pede capere viam
aut anima. h. m. p. e. peccat, moriet. 1. Job. 14

h. v. m. conuolere p. partem h. v. d. x. m. a. p.
formosissimam. Sic. part. am. h. v. m. p. v. v.
u. l. e. r. a. n. t. D. o. m. i. n. u. m. m. e. u. m. : s. e. c. o. n. y. D. o. m. i. n. i.
Job. 8. Abrahā mortuū ē. s. i. e. c. o. r. n. s. A. b. r. a. h. a.
m. i. e. t. P. r. o. p. h. e. t. a. s. Job. 8.

Cum S
ut, S
erat pa
4. Cum
ipis p
lo pat
pro hon
O tem
Q
Et I
est resp
inter Sp
cedens
Estque
Spe
Co
Quia
Cum
cans, r
ctum p
Qui
Cur
ficans,

3. Cum Signum pro re signata usurpatur; ut, *Sceptrum* pro regno. *Toga*, quæ erat pacis insigne, pro ipsa pace.
4. Cum Tempus vel ætas pro hominibus ipsis ponitur, aut pro rebus tempore illo patratæ; ut, *Pessimum seculum*, pro hominibus pessimi in seculo viventibus. *O tempora, o mores!*

Quid est Synecdoche?

Est Tropus, cujus fundamentum est respectus inter Partem & Totum, inter Speciem & Genus, inter Antecedens & Consequens.

Estque adeo Sextuplex: Partis, Totius, Speciei, Generis, Antecedentis & Consequentis.

Quid est Synecdoche Partis?

Cum vox Partem proprie significans, loco Totius ponitur; ut, *Tectum* pro domo. *Mucro* pro gladio.

Quid est Synecdoche Totius?

Cum vox Totum proprie significans, pro Parte ponitur; ut, *Orbis*

bis terrarum ardet bello, i. e. magna pars orbis terreni.

Quid est Synecdoche Speciei?

Cum vox Speciem proprie significans, loco Generis usurpatur; ut, *Parricida pro quovis homicida. Eurus pro quovis vento.*

Huc pertinet etiam, cum finitus numerus pro infinito & magno ponitur; vel singularis numerus pro plurali usurpatur; ut, *Sexcenti pro plurimi. Hostis habet muros, i. e. hostes.*

Quid est Synecdoche Generis?

Cum vox Genus proprie significans, ad Speciem ejus significandam adhibetur; ut, *Virtus pro Fortitudine. Animal pro bestia.*

Huc pertinet etiam, cum numerus pluralis ponitur pro singulari; ut, *Nos dicemus, pro Ego dicam.*

Quid

Quid est Synecdoche Antecedentis?

Cum Antecedens pro Consequente ponitur; ut, *Fuimus Troës, i. e. Perimus. Vixerunt, i. e. mortui sunt.*

Quid est Synecdoche Consequentis?

Cum Consequens pro Antecedente ponitur; ut, *Sepultus est, i. e. mortuus est.*

Quid est Antonomasia?

Est Tropus, quo vel Appellativa loco Propriorum, vel Propria loco Appellativorum κατ' ἐξοχήν (per excellentiam) usurpantur.

Appellativum loco Proprii; ut *Salvator* pro Christo; *Vrbs* pro Roma.

Proprium loco Appellativi; ut *Irus* pro paupere; *Mecenas* pro doctorum patrono.

[Pert-

* [*Periphrasis* a Vosio aliisque Rhetoribus o-
mittitur, quia hic non occurrit vocis in
aliam mutatio; sed pro re ac nomine
quædam affertur circumlocutio, quæ in
Logicis vocatur *Descriptio*.]

Quid est Metalepsis?

Est Tropus multiplex in voce u-
na; cum nempe ex una significatio-
ne proceditur in aliam; ut apud
Virgilium: *Post aliquot aristas, i. e.*
post aliquot annos.

Hic *Ariste* pro spica ponuntur per Sy-
necdochen partis; *Spica* pro messe,
per Synecdochen antecedentis; *Mes-
sis* pro æstate, per Metonymiam signi.
Æstates pro annis, iterum per Synec-
dochen partis.

Quid est Catachresis?

Est quædam Tropi durities; cum
vox aliqua licentius a propria signi-
ficatione ad aliam deflectitur; ut
Fruges pubescunt, i. e. germinant.
Eurus per Siculas equitavit undas,
i. e. flavit.

Huc

*Avysbrat. à avlyppa 3w. contra
didit.*

*Si cy au supron uel qd a lice & deu nomen est
Te contrarium significat, quasi nemi me be ady.
Tria dicuntur benedictioes nites, quasi nemi
niter vel benedictio.
Mory man't (bon' dicit) dicit Alltanga d' nima sit
nita qd non germinat, nisi te h' p' te benedictio
pata
pro in dicit benedictioe sepe qd maledictioe d' p'.*

*leg. 21.
sic hominem maxime vocant Aextorem. p' d' m.
vini qm' dicitur Vini dicitur. 21
ironia d' simulatio a non: q' cur simulatio
caritator. videns: p' caro. p' p' d' vite. d' m.
ber: p' nite. 2 curio var p' mberbi. p' d' p' d' d' d' d'
Bony p' malo. alby p' nigro. Ad d' d' d' d' d' d' d' d'
vera. Ken's bone dicitur! curasti p' d' d' d' d' d'
ro negari. resime curasti! ironia cor d'
re lionis qd d'
d'
d' d'*

Huc
vici
ture
Av
dine
Q
Est T
est Con
festa fide
dia! Vin
dei ince
dicuntur
Si vero
con
gia
pla
Aurea
ven
Quina
Alle
Ironia

Huc pertinet etiam, cum pro Virtutibus vicina vitia, vel pro Vitiis vicinas virtutes ponimus, ut: *Pro Parsimonia Avaritiam; pro Temeritate, Fortitudinem &c.*

Quid est Antiphrasis?

Est Tropus, cujus fundamentum est Contrarietas; ut: *Tum vero manifesta fides, Danaumq; patescunt insidia!* Virgil. II. Æn. Vbi nomine Fidei intelligitur Perfidia. *Ita Parce dicuntur, quod nulli parcant.*

Si vero totus sermo intelligendus est per contrarium, vocatur Ironia: ut, *Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis!* Item:

Aurea nunc vere sunt secula; plurimus auro venit honos; auro conciliatur honor.

Quinam ergo sunt Tropi Sermonis vel Orationis?

Allegoria, Ænigma, Parœmia, Ironia &c. (De hac modo diximus.)

Quid

Quid est Allegoria?

Est continuatio Tropi unius in vocibus pluribus; ut: *Claudite jam rivos, pueri, sat prata biberunt.*

Continuatur hic Metaphora deducta ab irrigatione pratorum; & est sensus: Definite canere; satis audivimus.

Quid est Aenigma?

Est obscurior Allegoria, indigens enodatione; ut: Virgil. *Mater me genuit; eadem mox gignitur ex me.* i. e. *glacies.*

Quid est Parœmia?

Nihil aliud quam Proverbium, si-
ve dictum aliquod vulgo tritum, re-
bus temporibusq; accommodatum;
ut, *Catuli imitantur dominos, i. e.*
familia sequitur mores dominorum
suorum.

Quid est Hyperbole?

Est intensio Tropi, quæ superat
fidem augendo vel minuendo.

Augen-

allegoria, ab $\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\omega$ et $\alpha\lambda\gamma\omega\pi\epsilon\omega$

Donau in auro $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$. $\delta\mu\iota\lambda\lambda\epsilon\tau\epsilon\iota$ u
 $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$

invenitur a tera quae de non faba erit unquam
legit. $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ a $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\delta\mu\iota\lambda\lambda\epsilon\tau\epsilon\iota$ u
debili $\alpha\pi\alpha\gamma\epsilon\iota$ $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\delta\mu\iota\lambda\lambda\epsilon\tau\epsilon\iota$ u. i.e. probum
facile invenit eundem. vel. probum facile erit
promotorem. Etiam $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\delta\mu\iota\lambda\lambda\epsilon\tau\epsilon\iota$ u
cula. $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\delta\mu\iota\lambda\lambda\epsilon\tau\epsilon\iota$ u

Enigma, ab $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\omega$ et $\nu\alpha\gamma\omega$

ubi $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u. $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u
las. $\delta\epsilon\delta\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
Tres $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\beta\alpha\mu\iota\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\epsilon\pi\alpha\lambda\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u

Paroemia, a $\rho\alpha\pi\alpha$ et $\nu\alpha\gamma\omega$

Ab ebo ad $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u. i.e. $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u

$\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u

$\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u
 $\nu\alpha\pi\iota\sigma\tau\epsilon\iota$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u $\rho\alpha\pi\alpha$ u $\nu\alpha\gamma\omega$ u

ia?
unius in
udite jam
erunt.
deducta ab
est sensus
imus.
?
indigens
Mater me
r ex me.
ia?
rbium, fi-
critum, re-
modarum;
minos, i. e.
dominor um
ole?
ya super
pendo.
Augu

Nulla fides pietasq; virisq; cuprasse,
 quibus. Nidquam tulla ¹² fides. Hic et alie
 no oes bis nungel in horu. Vn
 edumtas rumpo. Cuz Juss p[ro]f[er]at
 Rem sig. cadmore p[ro]feret marmora
 rumpo.

Sarcasmo. a sarcasmo addebat. accipit
 Cuz Petrus ¹² Kung Romanus
 du i. haal. D. u. f. a. l. l. p. r. o. p. h. e. t. a.
 etate. Sic i. d. a. i. a. d. e. b. r. i. u. m. i. n. c. r. u. c. e.
 tenentem. Vab. 2. de p[ro]phetarum templum
 et in v. d. o. a. d. i. f. i. c. a. b. a. s. l. e. r. v. a. t. e. i. t. u. m.

Dia. si. a. f. i. r. m. o. a. d. i. a. b. o. p. o. e. b. e. r. o. Item elevatio
 Maly. Poeta carminu suade aiterbo
 12 52
 Dia. si. r. i. g. a. d. i. a. b. o. p. o. e.

Aug
 Min
 [Sar
 sy
 Th
 ras
 rife
 ve
 Eff
 aut m
 Mo
 n
 Mo
 i
 n
 r
 Eff
 dem
 ITA

Augendo : *Nive candidior ; Melle dulcior.*

Minuendo : *Testudine tardior ; Minus nihilo.*

[*Sarcasms, Asticismus, Charientismus, Mimesis* a Vosio aliisque eximuntur Tropis, quia propriis constant verbis : a B. Jac. Thomasio in Erotem, Rhetor. inter Figuras Sententiæ *πυδντικὰς* referuntur. *Myketismus* gestu magis & suspenso naso, quam verbis exprimitur.]

Quid est Sarcasmus?

Est hostilis irrisio super morituro aut mortuo.

Morituro : *Si Filius Dei es, descende nunc de cruce!*

Mortuo : Sic Cicero refert in *M. Crassi* interfecti rictum, aurum liquesactum infusum fuisse, his adjectis verbis : *Aurum sitiisti, aurum bibe!*

Quid est Diasyrmus?

Est inimica irrisio, sed extra eadem; ut, *Asinus ad byram.*

Quid

Quid est Asteismus?

Est jocus faceris cum irrisione minus inimica; ut Cicero, parvam Lentali, generi sui, staturam irridens, dixit: *Quis generum meum ad gladium alligavit?*

Quid est Charientismus?

Cum dura & aspera dicta gratiosis verbis molliuntur. Sic Davus apud Terentium pistrinum deprecans, ait: *Bona verba quaeso!*

Quid est Mimesis?

Cum aliena verba referimus, ac imitamur, non sine risu; ut: Terent. in Eynuch. Act. 1. sc. 2: *At ego nesciebam, quorsum tu ires! Parvula hinc est abrepta; eduxit mater pro sua; soror est dicta: cupio abducere, ut reddam suis.*

CAPVT

Asterism. ab asu. u'rbany.
S. A. in p. t. i. u. l. u. l.

Ganienism. a xuperly 70 may
v. i. m. l. e. n. i. n. g. d. o. v. o. t. f. a. c. i. t. e. d. e. p. p. t. e.
c. a. r. i. n. e. l. e. n. t. a. n. t. o. p. e. t. e. r. e. n. t. i. p. l. a. t. u. s. d. e.
b. e. n. e. d. i. c. t. i. o. n. e. s. i. g. n. a. t. i. o. n. e. s. d. o. l. u. e. t. i. o. n. e. s.
v. i. t. a. e. t. d. e. b. r. a. t. i. p. a. r. c. e. e. t. p. a. z. s. i. i. t. o. s. t. o.
i. n. a. l. i. b. e. n. e. d. i. c. t. i. o. n. e. s. u. e. l. t. g. u. t. u. n. d. e. r. s. t. a. n. d. e.
e. t. c. s. e. p. t. e.

Mimesis. u' m. n. e. o. may. i. n. u. t. i. o. n. e.
I. n. s. u. m. u. s. u. n. d. e. r. u. n. t. e. t. o. r. d. e. r. t. u. n. t.
f. a. t. u. n. t. u. n. d. e. r. u. n. t. i. n. s. t. r. u. m. e. n. t. u. m. a. n. d. e. r. u. n. t.
e. n. f. a. n. z. i. g. e. n. t. u. n. d. e. r. u. n. t.

De
ac

ES
bit
sverud

Quin

fin

in

se

Non

se

st

va

m

ba

Qu

In
cario.

CAPVT III.

De Figuris generatim,
ac speciatim de FigurisDictionis. *germ. Wort-
Spiel.**Quid est Figura?*

Est exornatio, qua orationis habitus a vulgari & simplici consuetudine immutatur in meliorem.

Quintil. Lib. IX. Instit. Orat. Cap. I. definit, quod sit *conformatio quaedam orationis, remota a communi & primum se offerente ratione.*

Nomen *Figura* sive *Schematis* videtur desumptum esse a persona & habitu *histrionum*, qui varia orationis genera variis vestimenti generibus, quæ *Schemata* proprie dicebantur, pronuntiabant.

*Quid interest inter Tropum
& Figuram?*

In *Tropo* mutatur vocum significatio.

In

In *Figura* autem non necesse est
nativam vim verborum mutari.

*Quotuplices sunt Figurae
Rhetoricae?*

Triplices : *Aliae* sunt *Figurae* *Dictionis*, *ῥήματα τῆς λέξεως* ; *aliae* sunt *Figurae* *Sententiarum*, *ῥήματα τῆς διανοίας* ; *aliae* sunt *Figurae* *Amplificationis*, *ῥήματα τῆς ἀυξήσεως*.

De Figuris Dictionis.

Quid sunt Figurae Dictionis?

Quae in verborum conformatione vel collocatione concinna posita sunt.

Quot sunt?

Vulgo numerantur sedecim : *Anaphora*, *Epistrophe*, *Symploce* &c.

Quid est Anaphora?

Anaphora est repetitio ejusdem vocis in principio ; ut, Ad Herenn :

Scipio

ecessit
arari.
ura
ura Di-
lia sunt
alla rñg
mplifi-
nis.
nis?
ormatio-
ia postea
cim: A-
ploce &c.
a?
o ejusde
d Henr

Ἀραβία. ἀβαραγίη refero.
ἑκταγόν.
cur videtur plene in Arabiam referri.

Epistrophe. ab ἐπιστροφή revertor,
fuit ut dicitur in Plinij libro 10. de herbis

Simplex. ἀπλήρως com-
plectur fuit ut dicitur in Plinij libro 10. de herbis
in Plinij libro 10. de herbis

Epitheta est ab ἐπιπαράστασις
transmissio.
militatōis amans et habet suam
contra cupidō.

Atque crederemur militatōis amans.
fuit ut dicitur in Plinij libro 10. de herbis
transmissio

Scipio
Carthago
peperit

Cum
ut, Pe
vicit,
est. ibi

Est
principi
qui fac
gimen
tum i
nense
ignose

Cum
fine se
amor
cre/ci

Scipio Numantiam sustulit : Scipio
Carthaginem deleuit : Scipio pacem
peperit : Scipio civitatem servavit.

Quid est Epistrophe?

Cum eadem vox in fine iteratur;
ut, Pænos populus Romanus iustitia
vicit, armis vicit, liberalitate vi-
cit. Ibid.

Quid est Symploce?

Est repetitio vocum earundem in
principio & fine simul; ut, Qui sunt,
qui fœdera sæpe ruperunt? Cartha-
ginenses. Qui sunt, qui crudele bel-
lum in Italia gesserunt? Carthagi-
nenses. Qui sunt, qui sibi postulant
ignosci? Carthaginenses. Ibid.

Quid est Epanalepsis?

Cum eadem vox in principio &
fine sententiæ ponitur; ut, Crescit
amor nummi, quantum ipsa pecunia
crescit.

G

Quid

Quid est Anadiplosis?

Cum eadem vox in fine præcedentis, & principio sequentis sententia iteratur; ut,

Certent & cœnis ulula: sit Tityrus Orpheus:

Orpheus in sylvis, inter delphinas Arion.

Quid est Epizeuxis?

Cum eadem vox continue iteratur in eadem sententia; ut, *O Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?*

Quid est Epanodos?

Est repetitio earundem vocum ordine inverso; ut, *Gratiam, qui refert, habet; & qui habet, refert.*

Quid est Ploce?

Cum una vox bis ponitur, priorè quidem loco personam, posteriorè vero qualitatem significans; ut, *Pater debet esse pater, non tyrannus; i. e. paterno animo præditus.*

Quid

polyptoton. à πολὺ πικρῶ
multum caso

Alyndeton. à βίη βίω.
à partic. privat.
βίη cum
βίω loco
veni, vidi, vici.

Polyyndeton. à πολὺ βίη βίω

Est r
Verlo c

contrar
Augu
vi

Est fi
conjun

Tempo
tur; ut,
evast,
metus,

[Huc p
bus
tis pa
rem p
eis: a
Heren

Qu
Cum
bus copi
colit

Quid est Polypoton?

Est repetitio ejusdem vocis in diverso casu; ut, Littora littoribus contraria.

Augustin. *Vita vita mortalis, spes est vite immortalis.*

Quid est Asyndeton?

Est figura, qua plura verba sine conjunctione eodem vel Modo, vel Tempore, vel eodem Casu junguntur; ut, Cic. in Catil. Abiit, excessit, evasit, erupit. Terent. Dum atas, metus, magister prohibebant.

[Huc pertinet Dissolutio, quæ conjunctionibus verborum e medio sublatis, separatis partibus effertur, hoc modo: Gere morem parenti: pare cognatis: obsequere amicis: obtempera legibus! Vid. Lib. IV. ad Herenn.]

Quid est Polysyndeton?

Cum oratio multis conjunctionibus copulatur; ut, Me præ cæteris & colit, & observat, & diligit.

Quid est Homœoptoton?

Utrumque conat a met & den. Dignu
 Cum plura commata iisdem Casibus finiuntur; ut, *Non odio bonorum, sed invidia premor malorum.*

Quid est Homœotelevton?

Quam Verba sunt ante. dicitur au. Sed
 Cum Verba vel alia voces, præter Nomen, simili sono in fine efferruntur; ut, *Turpiter audes facere, nequiter studes dicere.*

Quid est Paronomasia?

Utrumque conat a met & den. Dignu
 Cum dictiones significationibus diversæ syllabis aliquot inter se pulcre consonant; ut, *Non est orator, sed arator. Hoc non amantis, sed amentis est.*

Quid est Antanaclassis?

Utrumque conat a met & den. Dignu
 Cum eadem vox in diversa significatione repetitur; sic tamen, ut si mul mutetur pars orationis, vel accidens partis; ut, *Amari jucundum est, si curetur, ne quid insit amari.*

Quid

Homoeup toton, ^{Simul} a ^{quod} ^{et} ^{pluribus}
Audi ^{ita} ^{de} ^{tace} ^{si} ^{vis} ⁱⁿ ^{vi} ^{vere} ^{pax}
Annis mille jam pactis, nulla fideret
in pactis.

Mel ni ore felni corde ^{ita} ^{lati} ^{is} ⁿⁱ
in factis.

Homoeoteleoron. Quasi in loco
i ro Jesu in meū desiderō quū laty
i bi in venero quū beaty ubi posidero
paranomasia à ^{ita} ^{quod} ^{et} ^{pluribus}
denominatio.

Non in ara sed in natura
Si non habes as paves et pingu
Antanatale sic à ^{ita} ^{quod} ^{et} ^{pluribus} ^{et} ^{pluribus}
x x d d w

Hypallage: ἡ ὑπαλλήλῳ πρὸς μὴτο.
præcingit ense viator.

So sind auch die Anfangs- und die End-
wörter derjenigen Worte die
verbis exprimitur.

Est
tens;
pro,
Cic.
v
gi

D

Q

Sunt
Sed
tur.

A non
que
tot
affi

Vulg

Quid est Hypallage?

Est figura rerum ordinem inver-
tens; ut, *Aeneam arcēte periclis;*
pro, *ab Aenea arcēte pericla!*

Cic. pro Marcello: *Gladium vagina
vacuum in urbe vidimus; pro, va-
ginam gladio vacuum.*

CAPVT IV.

De Figuris Sententia-
rum.*Quid sunt Figurae Senten-
tiarum?*

Sunt exornationes non verborum,
sed eorum, quæ verbis exprimun-
tur.

A nonnullis *Figura Sententia* definitur,
quod sit conformatio quædam, quæ
totam sententiam aliquo animi motu
afficit.

Quot sunt?

Vulgo numerantur duodecim:

G 3

Iter-

Interrogatio, Subjectio, Exclamatio &c.

Quid est Interrogatio?

Est Figura, qua non simpliciter quærimus sciendi causâ; sed instamus, asseveramus, indignamur, admiramur, aut reprehendimus interrogando; ut, Terent. *Annon dixi hoc esse futurum?* Cic. I. *Catil. Dii immortales, ubinam gentium sumus? Quam Remp. habemus? in qua urbe vivimus?*

Quid est Subjectio?

Est Figura, cum ipsi interrogationi nostræ respondemus; ut, Ad Herenn. *Quero igitur, unde iste tam pecuniosus factus sit? Amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt. Hereditas aliqua obvenit? Non potest dici. Sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est &c.*

Quid

Exclama

atio?

simpliciter
sed infla-
mur, ad
us inter-
non dixi
Casil. Dii
m sumus
qua urbi

Die Interrogatio ist eine Figur, wenn
man nicht die Sache selbst in der
Frage sagt, sondern die Ursache,
aus welcher, Verursachen, unwillig
den, und Verwundern, oder die
Frage der Sache.

errogatio
e, Ad He
e iste tam
um patri-

aris bona
qua obve-
tiam a re-
atus est sic

Quid

Die Subiectio ist eine Figur da wir
selbst die Frage an uns selbst
stellen.

Quid est Exclamatio?

Cum intentiore pronunciatione motum animi nostri testamur, per particulas exclamandi, o, heu, proh, en, & similes affectuum notas expressas vel intellectas; ut, *O tempora, o mores!* Cic. I. Catil. *Heu mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore!* Virg. X. Æn.

Quid est Dubitatio?

Est deliberatio nobiscum, quando nos dubitare, & quid dicendum faciendumve sit, nescire fingimus; ut, Virg. 3. Æn. *Eloquar, an sileam?* Cic. pro Roscio Amer. *Nec quomodo dicam, nec quomodo taceam, reperire possum.*

Quid est Communicatio?

Est deliberatio cum aliis, quando bonitate & certitudine causæ nostræ freti, iudicem, vel ipsum etiam adversarium, sententiam rogamus; ut,

G 4

Actor.

Actor. IV: *Vos ipsi iudicate, an iustum sit in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum.*

Quid est Paradoxon?

Cum aliquid præter opinionem accidisse ostendimus; ut, *Quid magis contra omnium opinionem ac spem evenire possit?*

Vsurpatur aliàs τὸ παράδοξον pro dicto admirabili, & opinioni vulgi contrario; ut, *Peccata esse æqualia. Solum sapientem esse divitem.*

Παράδοξον affine est Ὀξύμωρον: cum idem acute quasi negatur de se ipso; ut, *Cum tacent, clamant. Eloquentia obmutuit. Periissemus, nisi periissemus.*

Quid est Præteritio?

Cum nos simulamus aliquid relinquare aut omittere velle, quod tamen maxime dicimus; ut, *Non dico, te ab sociis pecuniam accepisse. Non sum in eo occupatus, quod civitates,*

Christum Fiquv pda oi res cup
Gru Will. S. G. d. d. S. p. r. d. d.
m. s. r. g. g. m. b. d. s. i. m. n. b. r. a. l. a. y. d.
da wie n. b. o. b. e. c. s. e. b. s. t. e. s. t.

Wann zu die dem bei die g. a. d. d. s. t.
e. y. e. l. n. u. b. s. i. n. d. n. e. s. d. e. n. s. i. n. d. i. n.
W. g. h. i. e. s. t. e. n. Z. u. l. e. d. e. n. n. i. d.
j. e. d. i. n. g. s. n. i. s. s. e. r. s. e. p. e. n. o. b.
u. z. i. e. n.

—
tates
culat
tuas

Et
quam
dicio
nihil
sita s
si cap
differ
jectur

Cu
ponit
conce
sa nih
gus, s
que p
Cic. V

tates, regna, domos omnium depeculatus es. Furta, rapinas omnes tuas omitto. Ad Herenn.

Quid est Permissio?

Est Figura concedens rem aliquam iudicis vel adversariorum iudicio & voluntati, cum nobis inde nihil mali metuamus; ut, *Qua posita sunt in suspicionibus, de quibus si cepero dicere, pluribus verbis sit differendum: ea vestris ingeniis conjecturam committo.* Cic. pro Rosc.

Quid est Concessio?

Cum adversario, quod nobis opponitur, vel obstare posse videtur, concedimus, & tamen nostrae causae nihil detrahimus; ut, *Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum vitiorumque princeps: at est bonus Imperator.* Cic. Verr. 7.

G s

Quid

Quid est Aposiopesis?

Cum propter affectum aliqua sententiae pars praeciditur, aut sermo interrumpitur; ut,

Qvos ego: sed motos praestat componere motus. Virg. I. Aen.

Egone illam? quae illum? quae me? quae non? Ter.

Quid est Apostrophe?

Cum sermonem aliò convertimus:

Ac (1) vel ad Deum Deamve, quod Poëtis usitatum; ut, Virg. IX. Aen.

Vos, o Calliope, precor adspirate canenti, quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus ediderit.

(2) Vel ad homines; ut,

Qui te, magne Cato, tacitum, aut te, Crasse, relinquat? VI. Aen.

(3) Vel ad rem mutam & inanimatam; ut,

Cic. pro Milone: Vos enim jam ego, Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro & obtestor &c.

Quid

Quid est Licentia?

Licentia Græce παρρησία dicitur, cum ea, quæ sentimus, libere dicimus, commonefaciendi vel objurandi causa, nihil metu offensio- nis reticentes vel dissimulantes; ut, *Johannes ad Herodem Marci VI: Non licet tibi habere uxorem fratris tui!*

Ad Herenn. Nimirum, Quirites, estis animis simplicibus & mansue- xis, nimium creditis unicuique &c.

CAPVT V.

De Figuris Amplifica-
tionis.*Quid sunt Figure Amplifica-
tionis?*

QUÆ non tantum ornant & illu- strant, sed etiam augent & am- plificant orationem.

G 6

Vnde

Vnde oriuntur hæ Figure?

Ex Locis Dialecticis sive Topicis;
nimirum ex Definitione, Divisione
seu Enumeratione Partium, Genere,
Causis, Adjunctis & Circumstantiis,
Contrariis ac Similibus.

[Retinebimus hic eum Locorum Topicorum
ordinem, quem supra Lib. II. sectati su-
mus.]

*Ex Definitione.**Quid est Auxesis?*

Cum verbo utimur, quod rei
magnitudinem superare videtur, &
atrocius proprii loco substituimus;
ut, *Cum latronem dicimus, qui sce-*
leratus; Asinum, qui stolidus; Mu-
tum, qui nihil respondeat.

Quid est Tapinosi?

Cum extenuandæ rei gratia ver-
bum mollius sive mitius loco pro-
prij usurpatur; ut, *Cum perstrinxis-*
se dicimus eum, qui vulneravit; se-
verum,

Empedoclis ab Empedocle represento

~~Quoniam Empedocleus in Sicilia~~
~~quibusdam locis in Sicilia~~
in Sicilia in verbis Empedocleus

Synonymia. a Eurōropa.

Quoniam in Sicilia
in Sicilia in verbis Empedocleus
conjugione.

Quoniam in Sicilia
in Sicilia in verbis Empedocleus
in Sicilia in verbis Empedocleus

verum, quod
qui adula

[Duas has
nulli re

Q

Cum si

bis intelli
presum;
lum? q. d.

Qu

Cum m

gnificanti
mitto, rec

Qu

Quae ca

mutatis ve
Quid sum
falca gladiu
le mucro per
morum tuo

verum, qui crudelis sit; affabilem,
qui adulator.

[Duas hasce Figuras ad Hyperbolen non-
nulli referre in alunt.]

Quid est Emphāsis?

Cum significantius aliquid ex ver-
bis intelligitur, sive latens, sive ex-
pressum; ut Virgil. *Cantando tu il-
lum? q. d. indoctus peritissimum?*

Quid est Synonymia?

Cum multa verba idem pæne si-
gnificantia conjungimus; ut: *Pro-
mitto, recipio, spondeo.*

Quid est Expolitio?

Quæ eandem sententiam com-
mutatis verbis explicat; ut, Cic.
*Quid tuus ille, Tubero, in acie Phar-
salica gladius agebat? Cujus latus il-
le mucro petebat? Quis sensus erat
armorum tuorum?*

G 7

Quid

Quid est Definitio?

Quæ rei alicujus proprietates breviter & absolute complectitur; ut, ad Herenn. *Majestas Reip. est, in qua continetur dignitas & amplitudo Civitatis.* Vel: *Injuria sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convitio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violant.* Ibid.

*Ex Divisione sive Enumeratione Partium.**Quid est Distributio?*

Cum id, quod summam dici poterat, diducendo per partes latius explicatur, ut, cum Genus in suas species, aut Totum in suas partes vel membra distribuimus; ut, Cic. *Cujus omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissima: oculi ad lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem & libidinem, pes ad fugam &c.*

Quid

Wenn viele Lütten In dem
Wald, das werden, da nitte,
Lindige dasu bedenten.

Wenn man gliffen ^{Waldhain} das
einige dinsten die nitte
die sauz das se. ^{As} font,

Wenn die viele Brunden
wodrauf tins das out wuden
ges luten vder o ges luten saw,
die lübrige wgenumen
wuden, einige alte nitte
dasou, was in witz giden.

Cur
tur res o
rent. In
tia: in
tia, in

Q
Cur
ab inf
ur, Ve
sit, san

Cur
quibus
fieri po
relinqu
ur, Ne
strum f
vacuum
esse, a
venisse
posider

Quid est Congeries?

Cum plures dictiones coacervantur res diversas significantes; ut, Terent. *In amore omnia haec insunt vitia: injuria, suspiciones, inimicitia, inducia, bellum, pax rursus.*

Quid est Incrementum?

Cum velut gradibus quibusdam ab infimo pervenitur ad summum; ut, *Veni, vidi, vici.* Item: *Percussit, sauciavit, occidit.*

Quid est Expeditio?

Cum rationibus compluribus, quibus aliqua res aut fieri aut non fieri potuerit, caeterae tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus; ut, *Necesse est, cum constet istum nostrum fundum fuisse, ostendas te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse, aut emisse, aut hereditate tibi venisse. Vacuum, cum ego adessem, possidere non potuisti. Tuum usu fecisse*

*cisse etiam nunc non potes. Emtio
nulla profertur. Hereditate tibi, me
vivo, mea pecunia venire non potuit.
Relinquitur ergo, ut me vi de fundo
meo dejeceris. Ad Herenn.*

Ex Loco Generis.

Quid est Assumptio?

*Cum de Specie locuturi Genus as-
sumimus; ut, Cum omnis eruditio
plurimum affert & ornamenti & ad-
jumenti mortalibus, tum precipue
Philosophia.*

Quid est Gnome?

*Est generale quoddam dictum,
continens præceptum de vita & mo-
ribus, aut de vulgari rerum eventu
loquens; ut, Obsequium amicos, ve-
ritas odium parit. Terent.*

Quid est Epiphonema?

*Est sententia generalior, quæ ad
finem rei jam narratæ aut probatæ
addi-*

Emis
ibi, me
potuit.
le fundo
is.

mus af
rudicio
& ad
acipue

dictum,
ta & mo.
eventu
icos, ve.

na?
que ad
e probare
addi

[Faint, mostly illegible text at the top of the page]

Enim debet sine vano nutu esse
majorem, timens sero babere fidem
nonnu vlt da vltia non dno specie
orden vltia in Genus in Bng 30

gnome a Vvum, Sententia

ff is in Generalus est, sda
in Gm non dno lobu in d Pittou
in 177a 178, sda vlt et quidem
genium d'ibgang in d'one

Epiphronea 2 epiphore etc

ff is in general, vlt, vlt
in dno sda in d'one sda

additur, admirationis augenda gratia; ut, ^{Don't / 0920 / 10 / 11 / 12 / 13 / 14} *Tanta molis erat Romanam condere gentem!* Vel: *Adeo a teneris asvescere multum est.*

Ex Loco Caussarum.

Quid est Aetiologia?

Cum propositi alicujus causam statim subjicimus; ut, Cic. *Grata tibi esse officia mea non miror: cognovi enim te gratisimum omnium.*

Quid est Translatio?

Quando causa alicujus rei transfertur in personam vel rem digniorem; ut Cic. pro M. Marcello: *Tueri vitam, Caesar, debes, si non tua causa, at Reip. ; quia maxime expedie Reip. te vivere.*

Quid est Gradatio?

Cum ex præcedente semper membro repetitis verbis, quasi per gradus ascendit oratio; ut, *Secunda res pariunt*

pariunt negligentiam, negligentia temeritatem, temeritas evertit hominem.

[Gr. dicitur κλιμαξ, & est quædam causarum & effectuum conglobatio; ut: Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparabit. Cic.]

Ex Loco Adjunctorum & Circumstantiarum.

Quid est Hypotyposis?

Cum res ita clare copioseque exponitur, ut coram geri ac spectari videatur; id quod fit circumstantiis diligenter persequendis; ut, Cic. in Descriptione Convivii M. Antonii Philipp. II: Personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes &c. Plin. Lib. V. Epist. 20. n. 14: Vix confederamus, & nox non quasi illunis aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto: audires ululatus feminarum, infantum quiritatus, clamores virorum &c.

Quid

Proso pro oraphia. a proo uton
8

Et istius in scribendis
vase in dno quod istum
vbi dno in unum scribitur
et in unum scribitur dno

Topo oraphia a toto s veg
8 γεαρω scribo

Et istius in scribendis
vbi dno in unum scribitur
a toto uti dno

Choro ses γεαρω

Et istius in scribendis
vbi dno in unum scribitur
vbi dno in unum scribitur

Qu
Est
vel fict
attribu
III. ica
Mon

[Pro
Co
ch
scr

Est
vacua
bium p
audist

[Loci
qual
Reg
init.

Qu
Est c
Etis, A

Quid est Prosopographia?

Est descriptio personæ vel veræ vel fictæ, a variis animi corporisq; attributis; ut, Polyphemus *Aeneid.* III. ita describitur:

*Monstrum horrendum, informe, ingens,
cui lumen ademtum &c.*

[Prosopographiæ majores inveniuntur apud Corn. Nepotem, Svetonium, Plutarchum, qui Vitas illustrium Virorum descriperunt.]

Quid est Topographia?

Est Loci descriptio; ut, *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium pulcherrimamq; omnium, sæpe audistis &c. Cte. Verr. VI.*

[Loci ficti descriptio vocatur *Topothesia*; qualis est *Inferorum & Elysi Aeneid. VI. Regiæ Solis* apud Ovid. *Metamorph. Lib. II. int.*]

Quid est Chronographia?

Est descriptio Temporis; ut *Noctis, Aeneid. IV: Nox erat & placidum*

*dum carpebant fessa soporem corpora
per terras &c. Descriptio Veris apud
Horat. Solvitur acris hiems &c. Od.
IV. Lib. I.*

EX LOCO CONTRARIORUM.

Ex J. A. D. L. J. J.
**Quid est Contentio sive An-
tithesis?**

Cum per contraria verba aut con-
trarias sententias amplificatur ora-
tio; ut, *Vulgo placere non est vera,
sed falsa gloria.*

*Donc eris felix, multos numerabis amicos;
Nullus ad amissas ibit, amicus opes.*

Veritas J. J. J. J.
Quid est Commutatio?

Est contrarietas in sensu, cum
verborum inversione; ut, *Edere o-
portet, ut vivas; non vivere, ut
edas.*

Quid est Inversio?

Quando ostendimus signum vel
argumentum, quod contra nos af-
fertur.

Sancti Blasii

Parviti dym. oppono.

vidi ego jactatas vid. Mus.

p 10

Quum sit vid. d. n. g. contrare
vobis vobis sententia amplifi,
cui vobis.

Et ista rursus Contrarietate in
vobis sensu, vobis vobis vobis
in vobis.

Quia Christus sedet a dextris
Patri, vobis vobis vobis
vobis vobis Argument, vobis

fertur, pro nobis facere; ut, *Sepe-
lulisti solus; igitur occidisti!* Potest
inverti sic: *Imo si occidissem, non se-
peliissem!*

Quid est Correctio?

Est, quæ tollit id, quod dictum
est, & pro eo id, quod magis ido-
neum videtur, reponit; ut, *Quas
ille leges tulit; si modo leges nomi-
nanda, ac non faces urbis, & pestes
Reipublica.* Cic. *De Somniis.*

Quid est Occupatio?

Cum id, quod ab adversario ob-
jici posse putamus, anticipamus at-
que diluimus; ut, Cic. pro Sext.
Rosc. *Credo ego vos, Judices, mirari,
quod ipse juvenis, non autem illi ve-
terani Oratores, ad defendendum Ro-
scium adscendo &c.*

Quid est Paradiastole?

Cum distinguuntur ea, quæ vul-
go ob affinitatem confundi solent;
ut,

ut, *Non sapiens, sed astutus, non fortis, sed audax, non parcus, sed avarus est.*

Quid est Anthypophora?

Est contraria illatio, cum videlicet objectio refutatur opposito argumento firmiore; ut: *Difficilis est ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis.* Cic.

Ex Loco Comparatorum & Similium.

Quid est Comparatio?

Quando substantiam cum substantia, aut accidens cum accidente conferimus; ut, *Alexandrum & Caesarem, Oleam & Vitem, Somnum & Mortem.*

Quid est Similitudo?

Cum ad illustrandum id, de quo sermo est, petitur similitudo ab iis, quæ fuerunt, fiunt, aut natura casive

a

αυτιποθέου, Subinfero.

Es ist eine conträre Subinferenz,
wenn, wenn die von der Substanz
relativ wird mit einer entgegen-
gesetzten Ursache begründet.

Wenn wir eine Substanz mit
einer Substanz oder ein Accidens
mit dem Accidens vergleichen.

Wenn das zu relationen, von welcher
die Substanz ist, ein Gleichnis, aber
einigen zu gewissermaßen, welche
gewissen, wodurch die von
Natur

und Zufall in der Natur sind;

Es ist ein Dogma in andrer
Sinn contrarium u. inter
Sindem Casus

Es ist ein Dogma in andrer
Sinn contrarium u. inter
instit et: ymperat

siue r
dam sol
ceptoris
sufficit.
Vel:
repallul
tur; sic
renascit
Q
Est c
collatio
sum, e
Israelau
Vel:
vetulis
sic amic
ponendi.
esse debe
satieta

Est affi
vocem v

siue rebus insunt; ut, *Quemadmodum sol unus omnibus lucet; ita Praeceptoris vox una discipulis omnibus sufficit.*

Vel: Quemadmodum arbor excisa repullulat, evulsa vero non fruticatur; sic malum, si penitus tollas, non renascitur.

Quid est Dissimilitudo?

Est contrariorum & differentium collatio; ut, Cognovit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui; Israël autem me non cognovit. Esa. I. 3.

Vel: Non, quemadmodum equis vetulis teneros anteponeere solemus, sic amici novi veteribus sunt anteponendi. Non enim amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Cic. in Laelio.

Quid est Imago?

Est assimilatio concisa, facta per vocem velut, quasi, instar, similis &c.

*lis &c. ut: Johannes aquila instar
supra caelestes orbes erectus.*

*Vel: Restitit Aeneas, claraq; in luce resulsit,
Os humerosq; Deo similis. Æn. I.*

Quid est Parabola?

*Est similitudo longior, qua fusiùs
conferuntur res genere seu natura
dissimiles; ut Matth. XIII, Verbum
Dei comparatur semini, quod in agro
spargitur, & pro natura soli vel nul-
lum, vel aliquem, vel copiosum fru-
ctum fert.*

Quid est Exemplum?

*Est rei gestæ ad aliquid persvaden-
dum commemoratio; ut: Pericu-
lum est, ne quemadmodum Marii &
Syllæ, ita Pompeji & Caesaris dissi-
dium laceret Rempublicam.*

Quid est Plasis? in Datz

*Est rei non vere, sed quasi actæ
aut agenda expositio; ut, Quaro,
si te*

Matth 10. Trödfu ling, die in
Klang, in. In kalßer die
Caribw

na papaw consero.

Es ist ein Congro Vergleichung,
wenn das Wasser mehr in einem
von ihnen und das in einem
eingelöst, eingeleitet werden.

Es ist ein Vergleichung einer
zusetzten Sache, wie zu person,
denn, in dem Wort der Zübingen.

â platw fingo.

Es ist ein Vortrag in dem nicht
unabhängiger Best. sondern die
gleichsam gegeben oder gegeben werden
müssen.

si te hodie domum tuam redeuntem, coacti homines & armati non modo limine tectog², adium tuarum, sed primo aditu vestibulog³ prohibuerint, quid acturus sis? Cic. pro Cæcin.

Quid est Prosopopœia?

Cum rebus inanimatis & mutis personam sermonemque tribuimus, aut mortuos tanquam vivos, aut absentes tanquam præsentem introducimus. Ita Cic. in I. Catilin. Patriam inducit cum Catilina sic colloquentem: *Nullum jam tot annos facinus exstitit, nisi per te; nullum flagitium sine te &c.*

Quid est Sermocinatio?

Cum homini affingimus sermonem instituto præsentem convenientem; ut, Ad Herenn. *Sapiens, qui omnia Reipublica causa suscipienda pericula putabit, saepe ipse secum loquitur: Non mihi soli, sed etiam at-*

H

que

que adeo multo potius natus sum patria: Vita, quæ fato debetur, saluti patria potissimum solvatur. Aluit hæc me; tuto atque honeste produxit usque ad hanc ætatem &c.

Quæ deniq; Figure ad Ordinem ac Dispositionem imprimis pertinent?

Transitio, Digressio, Rejectio, Revocatio.

Quid est Transitio?

Cum ab eo, quod diximus, transitimus ad aliud, quod dicendum superest; ut, *Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam.* Cic.

Quid est Digressio.

Est alicujus rei, quæ tamen ad utilitatem causæ pertinet, extra ordinem excurrens tractatio. Sic in Ciceronis Verrina VI. occurrit digressio de *Raptu Proserpine*; & Virgilius

gilius in fine Lib. I. Georg. digres-
sionem facit ad *Prodigia*, quæ *Cæsa-*
ri mortem denunciarunt.

Quid est Rejectio?

Cum dicendum aliquid in alium
locum vel tempus rejicitur; ut Cic.
pro L. Manil. *Sed de Lucullo dicam*
alio loco &c.

Quid est Revocatio?

Cum, quia longiores aliqua in re
fuimus, orationem ad principium
revocamus; ut, *Sed nimis multa*
hac de re: quare in gyrum contra-
ham orationem. Vel: *Sed quæ dila-*
bor? Revoco me ad id, quod proposi-
tum mihi est &c.

Hæc de Tropis & Figuris Rhetor-
icis sufficiant.

